

Nec bene colligis: viri magni hoc idem putant: & non modò famem, pestem ac terræ motum, ante Iudeorum urbē fuisse, verum etiā fore ante uniuersi excidium ac dissolutionem. Quid enim aliud facis, Osleui, quā opiniones hominū adducis? Naturā autē nostra opinio nō tollit. Etsi dederò aliquam pestem fuisse ac fore signum, tu colliges omnem? Imò contrā res habet, quia ostenta illa singularia sunt, non posse de genere uniuerso concludi. Et uidetur, ais, Deus etiam post urbis excidium terrere homines his ostentis, propter futurum iudiciū. Ego verò: Videtur potius Deus nolle frustra terreri homines nimis etiam per se terrefactos. Etenim tericulamentorum satis mihi superq̄ esse videtur. Quod si hæ voces, Crediderim, videtur, verisimile est, pietas possit. Christianū & salutare est. in medium sepe afferantur, iam perierit omnis natura, neq̄ artibus, neq̄ scientiis, neque philosophiæ scientiarum omnium parenti, locus relinquetur ullus. Omnia ad miraculum, omnia ad numinis omnipotētiam, omnia ad fidei uim diuinā referētur. Quo fiet, ut ratio, iudiciū, argumētū, humanitas demū omnis corruat et exstinguatur.

Cap. VI.

Quid igit̄? Cometas rides? Nō rideo: nihil sanè minus. Imò quia Cometę naturā ignoro, hunc ipsum negligere nequeo. Fulmē sepe audimus, ac sine fulmine tonitru: tamē horrendū fragorē admiror. Et fulgur sine vllō vel fulmine vel tonitru uideo, tamē coruscā lucē neq̄ rideo neq̄ negligo: miracula verò hæc esse nūquā dicā, q̄a naturalia sunt, licet admiratione dignissima. Et herbulā in pratis uidens, nō rarò subsisto, admirans et naturę solertiā, & Dei maiestatē cū animo meo reputās. In eiusmodi igit̄ portētis & miraculis dicā esse crinitū sydus, hoc inquā sensu, q̄a nescio ex qua materia, in quo loco, à quib. causis fiat, foueatur, et fulgeat. Sed vim illā portēti, citra omnē naturæ uim, hæctenus in Cometa non uideo. Vtinā sit qui me doceat, animo cū beneuolentia sapienti.

Cap. I.

## R A R S Q V I N T A.

QVARE Dudithi cum satis multa, de Cometa in uniuersum,